



I. N. J.  
PROLEGOMENA  
AD  
VATICINIA HABAKUKI.

§. I.



Prophetæ Habakuki vaticinia explicaturis primo loco nomen ejus occurrit fabula Judaica maculatum, quod nisi repurgetur, offensioni erit interpretibus ætatem ejus inquirentibus. Appellatur ille חבקוק *Habakuk*, quod nomen derivatur a חבק *amplexus est*, unde eum *complexentem*, vel *complexum* appellabis, vel quod Propheta Deum, vel quod Deus prophetam complexus sit. Occurrit radix illius vocis 2. Reg. IV. 15. ubi Elisa propheta Sunamitidi mulieri filium promittit his verbis: *Hoc tempore circa tempus parturientistu חבקת chobeketh amplexaberis filium.* Unde quibusdam Judæis in mentem venit, Habakukum  
A nostrum